Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quia scio contentiosos uos esse. Nam oportet et hereses esse, ut et qui probati
sunt manifesti fiant in uobis. Quia tales dissensiones habetis, necesse
est uos etiam usque ad heresis puenire. sicut dicit ille quidam tantum bibit necesse
habet inebriari. Item: Non hoc dicit apostolus quia debent esse heresis, sed quia
inter se scissuras habebant. ideo dicit oportet. hoc est necesse est et heresis
esse. Conuenientibus igitur uobis in unum iam non est dominicam cenam manducare.
Unusquisque enim suam cenam sumit ad manducandum. Iam non est do
minica sed humana. quando uniquisque tamquam propriam solus inuadit
et alius quidem non obtulerit non impetit aut magis propter saturitatem quam
propter ministerium uideamur conuenire. Ceterum dominica cena omnibus
debet esse communis, quia ille omnibus discipulis suis quidem adeerant equaliter
tradidit sacramenta. Cena autem ideo dicitur quia dominus in cena tradidit sacra
menta. Item. Hoc est quod dicit. quia in ecclesia conuenientes oblationes
suas separatim offerebant et post comunionem quecumque eis de sacrifi
cis superfuissent illic in ecclesia communi cena comedentes partem con
sumebant. Quod autem aut quidam esurit quidam ebrius est. hoc est quia sup
uenientibus et mediocribus et uolentibus sumere sacramenta deerant. quo
ab illis qui obtulerant oblationes in communi conuiuio fuerant
cuncta consumpta. Et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Quicumque
non obtulissent non communicabant. quia omnia qui obtulerant soli sume
bant. Quidam hunc locum ad illum referunt. qui epulas in ecclesia faciebat.
Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum. Si uultis sa
turari domi manducate. Sanctificatio enim etiam in paruo consistit.
Aut ecclesiam dei contemnitis. facientes eam triclinium epularum. et con
funditis eos qui non habent. Confundebantur ab omnibus denotari eum
ita debeat communicari. ut qui obtulerit nemo cognoscat. Quid
dicam uobis. Laudo uos in hoc non laudo. Sicut in aliis laudan
lvii
ubi laudabiliter equitis in hoc omnino non laudo. I. III
Ego autem accepi a domino quod et tradidi uobis. Non est meum quod
tradidi uobis sed a domino illud accepi. sicut ipse et alibi dicit
non ab hominibus sed omnia a deo se didicisse. Quo dominus ihesus. Iam hunc
quasi oblitus commemorat. quam magnum sit huius mysterii sacra.